



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN


# Constitvtiones Et Declarationes Examinis Generalis Societatis Iesv

Romae, 1570

---


[urn:nbn:de:hbz:466:1-68423](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68423)




The image shows the front cover of an antique book. The cover is decorated with a traditional marbled paper pattern, often referred to as a 'stone' or 'shell' pattern. This pattern consists of vertical, overlapping, teardrop-shaped motifs in shades of red, blue, and yellow, set against a light background. The paper shows signs of age, with some wear, discoloration, and small holes, particularly along the left edge where the spine would be. A small, rectangular, light-colored paper label is affixed to the bottom left corner of the cover. The label contains the handwritten text 'Th' on the top line and '5233' on the bottom line, both in a dark ink.

Th  
5233













Th. 5233.

W. 224



































































































































CONSTITVTIO  
NES ET DECLARATIO.  
NES EXAMINIS GENE-  
ralis Societatis  
IESV.



*Consultoy Rectoris Collegy Moguntini*

ROMÆ, M. D. LXX.

*in* Paderbornen

Apud Victorium Hælianum.

Cum facultate Superiorum.



CONSTITVTIO

NEE ET DECLARATIO

NEE EXAMINIS

talibus Societatis

1857.



ROMAE. M. D. LXX.

Apud Victorium Halatum.

Cum facultate Superiorum.



PRIMUM AC GENERALE DECLARA-  
NERALE EXAMEN TIONES IN

IIS OMNIBVS, QUI examen, in  
in Societatem IESV Cap. I.  
admitti petent, \*pro-  
ponendum.

A

A HOC exa-  
men vt

DE INSTITVTO SO- plurimum omni-  
CIETATIS IESV, ET bus proponi solet,  
varietate personarum, quæ  
in ipsa sunt.

Cap. I.

postquam in Do-  
mum primæ pro-  
bationis ingrediū-  
tur. Si tamē in ali-

I



AC minima Cō-  
gregatio, quæ à se-  
de Apostolica pri-  
ma sui institutione  
Societas IESV no-  
minata est, primūm fuit appro-  
bata per felicis memoriæ Paulū  
Papam III. anno 1540. & per  
eundem postmodum 1543. con-

quo particulari di-  
ctaret ratio aliud  
examē breuius ef-  
se proponendum,  
aut hoc ipsum re-  
linquendum, vt le-  
gatur, nullo po-  
stulato respōso ad  
ea, quæ continet,  
vel si satis alioqui

notus est, qui ingreditur: non necesse erit iuxta hoc exa-  
men procedere. Id tamen ille, cui examinandi munus cō-  
mittitur, cum Superiore conferat, & eius iudicium se-  
quatur. Antē autem, quā domi recipiantur, ferē sem-  
per de quibusdam rebus maioris momenti, præsertim de  
ijs, quæ solent excludere, examinari eos oportebit.

A ij firmata,



**EXAM. GEN.**

firmata, ac rursus per Iulium III. illius successorem anno 1550. Ut interim omittantur diuersæ litteræ Apostolicæ, in quibus de ea sermo habetur, & ei variæ facultates (supposita magna approbatione, & confirmatione) conceduntur.

Finis huius Societatis est, non solum saluti & perfectioni propriarum animarum cum diuina gratia vacare; sed cum eadem impense in salutem, & perfectionem proximorum incumbere.

Ad hunc finem melius consequendum tria vota in ea, Obedientiæ, Paupertatis, & Castitatis emittuntur: sic Paupertatem accipiendo, ut nec velit, nec possit redditus ullos ad suam sustentationem, nec ad quiduis aliud habere. Quod non tantum in particulari de vnoquoque, sed etiam de Ecclesijs & Domibus Societatis professæ est intelligendum. Nec etiam (quamuis alijs sit licitum) pro missarum sacrificijs, vel prædicationibus, vel lectionibus, vel ullius sacramenti administratione, vel quouis alio pro officio ex ijs, quæ iuxta suum institutum Societas potest exercere, stipendium

**B** § *Huiusmodi Domus probationis, velut mēbra sunt Collegiorum, vbi admitti, et probari ad tempus solent, qui postmodum in Collegijs sunt cōstituendi.*

ullum, vel eleemosynam, quæ ad compensationem huiusmodi ministeriorum dari solet, ab alio, quam a Deo (ob cuius obsequium omnia purè facere debent) possunt admittere.

Et quamuis habeat Societas Collegia, et\* Domos probationis redditibus



CVM DECLAA. C. I.

1 redditibus dotatas ad Scholasticorū sustentationem  
antequā in Societatē professam, vel eius Domos re-  
cipiantur: non possunt tamen huiusmodi redditus  
in vsum alium iuxta litteras Apostolicas in Cōstitu-  
tionibus declaratas expēdi; nec Domus Professorū,  
2 nec aliquis eorum, aut etiam Coadiutorum eisdem  
vri poterit.

3 Professa itidem Societas præter tria vota dicta, vo-  
tum facit expressum Sūmo Pontifici vt Vicario qui  
nunc est, vel pro tempore fuerit, Christi Domini no-  
stri, nimirum ad proficiscendum sine excusatione,  
non petito viatico, quocunque gentium eius San-  
ctitas iusserit, inter fideles vel infideles ad res, quæ  
ad diuinum cultum, & Religionis Christianæ bo-  
num spectant.

6 Ceterum ratio viuendi in exterioribus iustas ob-  
causas, maius Dei obsequium semper intuendo, cō-  
munis est, nec vllas ordinarias pœnitentias, vel cor-  
poris afflictiones ex obligatione subeundas habet;  
sed illas assumere quiuis poterit, quæ sibi videbun-

7 tur (cum \* approbatione Super-  
rioris) ad maiorem sui spiritus  
profectum conuenire, & quas  
propter eundem finem Superio-  
res eis poterunt imponere.

8 Personarum autem, quæ  
admittuntur in hanc Socie-  
tatem generaliter sumptam,  
9 quatuor

C. ¶ Hoc Super-  
riori iudicandū re-  
linquetur. Ille au-  
tē vices suas Con-  
fessario, vel alijs,  
quando expedire  
censuerit, poterit  
delegare.

A iij Præf



**D** Præter hæc quatuor sunt classes, si finem, D  
 quatuor genera, quem ipsa spectat, intueamur: ta  
 personarum, non meti omnes, qui ingrediuntur,  
 nulli ad solemnem quod ad ipsos attinet, quartæ clas  
 professionem triu- sis esse debent.

**8** In primis aliqui admittuntur, 8  
 ut professionem in Societate qua  
 licas Iulij Tertij tuor solēnibus votis ( ut dictum  
 admittuntur. est ) emissis faciant, peractis pri-  
 us experimentis & probationi-  
 bus debitis: & hos sufficienter in litteris eruditos  
 ( ut in Constitutionibus postmodum dicetur ) & in  
 vita, ac moribus diu ( quemadmodum hæc vocatio  
 exigit ) probatos, & omnes ante professionem sa-  
 cerdotes esse oportet.

**9** Secundæ classis sunt, qui in Coadiutores ad diui- 9  
 num seruitium, & Societatis auxilium in rebus spiri-  
 tualibus, vel temporalibus admittuntur: & ij qui-  
 dem post experimēta & probationes vota simplicia,  
 Obediētiæ, Paupertatis, & Castitatis ( omisso quar-  
 to ad Summum Pontificem pertinente, & alio quo-  
 vis solemni ) debent emittere: qui sua sorte conten-  
 ti esse debent, intelligentes eos in conspectu Crea-  
 toris & Domini nostri magis mereri, qui maiori  
 charitate se impendunt auxilio & obsequio omniū,  
 ex amore diuinæ maiestatis, siue in rebus altioribus,  
 siue in alijs inferioribus & humilioribus.

**10** Tertiæ classis sunt, qui in Scholasticos admittū- 10  
 tur, si ingenio, & reliquis dotibus ad studia con-  
 uenientibus



CVM DECLAR. C. 1.

uenientibus præditi inueniantur; ut postquam do-  
cti euaserint, in Societatem ingredi, & professi, vel  
Coadiutores ( prout iudicabitur expedire ) esse va-  
leant. Hi autem, ut Scholastici Societatis approbati  
censeantur, post experimenta, & probationes, ea-  
dem tria vota simplicia, Paupertatis, Castitatis, &  
Obedientiæ cum promissione ingrediendi Societate  
in altero prius dictorum modorum ( ut in Constitu-  
tionibus videbitur ) ad maiore Dei gloria emittent.

Quartæ classis sunt, qui inde-  
terminatè ad id admittuntur, ad  
quod idonei esse, temporis suc-  
cessu inuenientur; nondum sta-  
tuente Societate ad quem ex di-  
ctis gradibus eorum talentū ma-  
gis sit accommodatum. Illi autem  
indifferetes ingredientur ad quæ-  
uis ex dictis gradibus, qui Su-  
periori videatur: & ex parte sua  
oēs ( ut dictum est ) eadem ani-  
mi dispositione ingredi oportet.

Ad hæc antequam quisquam  
admittatur ad professionem, vel  
simplicia vota Coadiutorū, vel  
Scholasticorum superius dicta se-  
cundū institutū nostrū emittere  
teneatur, \* biennium integrum  
ad probationē habebit; & ut ad-  
mittantur Scholastici ad quæuis

*IND. TUIS RESITUS IN*  
E ¶ Quæuis bien-  
nij tempus presi-  
gatur; tamen nec  
libertas, nec deuo-  
tio, nec utilitas il-  
la spiritualis, vel  
meritum, quod cō-  
sequi solent, qui  
Christo Dño nro se  
obstringūt, illis adi-  
mitur, qui ante id  
tempus vota sua  
offerre volent; li-  
cet conueniat sine  
superioris facul-  
tate ea nō emitti;  
nec tamē, quod ea  
emiserint, propte-  
rea ante ordinariū

ex A iij tēpus



E X A M. I D G E N.

tempus admittetur ad professionem, vel in Coadiutores formatos, vel in Scholasticos approbatos. ex prioribus gradibus Professorum, vel Coadiutorum formatorum, vnum adhuc annum post absoluta sua studia expectabunt; quod tempus, cum Superiori visum fuerit, poterit prorogari.

**F** ¶ Quamuis habitus nullus certus sit, discretioni tamen eius, qui curam habet domus, relinquitur, an cum eisdem vestibus quas ex saeculo tulerunt, accedere sint permittendi, an cum alijs eas permutari oporteat: aut, cum deterentur, an alia tribuantur, quae magis conueniant, vel ipsis, ut, qua parte opus habent, iuventur, vel Domui, ut eorum opera uti possit. Hoc medio tempore duorum annorum ( in quo habitus vltimus certus Societatis non sumitur) ante praefinitum tempus, in quo votis eos ligari in Societate oportet, videre vnusquisque & considerare debet diplomata Apostolica Instituti Societatis, & Constitutiones, ac Regulas, quas in ea est obseruaturus, idque non semel. Primū enim id fiet, dum in Domo primae probationis erunt; in quam, qui Societatem ingredi volunt, hospitum more ad duodecim, vel quindecim dies,

**G** ¶ Non oportebit Constitutiones vniuersas ab ijs, qui noui accedunt, legi, sed compedium quoddam earum, vbi quisque, quid sibi obseruandum sit, intelligat: nisi forte Superiori videretur, alicui, peculiares ob causas, omnes ostendi oportere.

es,



CVM DECLA. C. I. 9

es, vt res suas melius consideret,  
A solent admitti, antequam in Do-  
mum, vel Collegium Societatis  
H ad\* cohabitandum alijs, & inter  
eos versandum ingrediantur.

Secundò id fiet, sex mensibus  
experimentorum & probationis  
elapsis. Tertiò post alios sex men-  
ses, & sic deinceps, donec pro-  
fessionem, qui studijs absolutis  
Professus, & tria vota qui Coad-  
iutor, & tria itidem vota cum sua  
promissione qui Scholasticus ap-  
probatus est futurus, emittat;  
quod ideo fit, vt vtrinque maiori  
cum claritate, & cognitione in

Domino nostro procedatur, & vt quanto fuerit  
magis probata singulorum constantia,  
tanto stabiliores ac firmiores sint in  
diuino seruitio, & vocatione  
prima ad gloriam, & ho-  
norem diuinæ Ma-  
iestatis.

DE QVI.

In Cap.

H. § Dicitur, ad  
cohabitandum a-  
lijs, & inter eos  
versandum, quia  
in ingressu duode-  
cim, vel quinde-  
cim dies, vel vs-  
que ad viginti, se-  
orsum in Domo pri-  
mæ probationis te-  
neri solent, vt in  
prima parte Con-  
stitutionum vide-  
bitur.



In Cap. II.

DE QVIBVS DAM

**A** **Q** *Vam-  
uis ea,  
que sequuntur, im-  
pedimenta sint, q̄  
à Societate exclu-  
dunt; tamen non  
vt impedimenta  
pponi debent, do-  
nec veritas elici-  
atur. Qui enim du-  
ceretur desiderio  
ingrediendi Socie-  
tatem, accipere  
occasionem posset  
veritatem celādi,  
si hæc impedimēta  
esse intelligeret,  
& cat. Et nihil-  
ominus admoneri  
Confessariū oportet,  
vt, si quis  
verè non respon-  
disset, eius conscientiam de ea re exstimulet.*

**B** **Q** *Qui suspectus esset de opinione aliqua erronea,  
in re ad catholicam fidem pertinente, constat, quamdiu  
suspicio manet, eum non esse admittendum.*

publicè

\* casibus, quos interrogari oportet, an acciderint ijs, qui in Societatem ingredi petunt.

Cap. II.

**E** **X** **I** **S** casibus, de quibus honestas ob causas omnes interrogari oportet, Primus est, recessisse à gremio sanctæ Ecclesiæ, fidem abnegando, vel in errores contra ipsam sic incurrendo, vt damnatus ob aliquam propositionem hæreticam quis fuerit; vel vt \* suspectus hæresis per sententiam publicam declaratus; vel si infamis ob excommunicationem tanquam schismaticus, sprete auctoritate & prouidentia Sanctæ matris Ecclesiæ, extiterit.

Secundus est, homicidium aliquo tempore perpetrasse, vel



C publicè\* infamem' propter enormia peccata fuisse.

3 Tertiū est, habitum sumpſisse alicuius religionis fratrum, vel clericorum, vitam aliquandiu in obedientia cum eis agendo, siue emissa, siue non emissa professione, vel heremitam cum vestibus monachalibus fuisse.

4 Quartus est, vinculo matrimonij consummati, vel seruitutis legitimæ ligatum esse.

5 Quintus est, infirmitatē pati, vnde obscurari, vel parū sanū iudicium ei reddi soleat, vel dispositionem notabilē ad huiusmodi infirmitatem habere.

6 Prædicti casus impedimenta sunt, cum quorum aliquo nemo in Societatem admitti potest: cum nobis in domino videatur (præter alias causas) quod qui in eam sunt ingressuri ad bene & fideliter euangelizandum, & in agro Domini verbum diuinum seminandum, eo aptiora ad id instrumenta erunt, quo minus primi, & secundi defectus notam habuerint propter consuetam multis & communem infirmitatem.

Cum tertio etiam non admittuntur, quod nobis in domino videatur, eum, qui bonus Christianus sit, debere firmum esse in sua prima vocatione, præ-

C ¶ Hec infamia eo in loco excludit, vbi ea extat. Qui tamen in remotissimis locis in eam incidisset, cum omnino ad diuinum seruitium se recepisset, huiusmodi infamia eum à Societate non excluderet: quamuis eandē in huiusmodi hominis probatione magis circumspectā reddere debeat.

tertium



sertim cum illa tam sit sancta, in qua scilicet quis, uniuerso saeculo relicto, se totum dedicat maiori seruitio & gloriae sui Creatoris & Domini. Postremo sic nobis persuademus ( praeterquam quod maior sit

**D** § Ceterum si in eo dona aliqua Dei illustriora cernerentur; ille, qui examinandi munere fungitur, ante, quam eum dimittat, rem cum Superiore conferat.

**E** § Ordo examinis est, in primis prosequi id, de quo omnes interrogantur; secundo, de quo specialiter litterati; tertio, de quo etiam specialiter illi, qui in Coadiutores; quarto, de quo illi, qui in Scholares; quinto, de quo

futura aedificatio proximorum ) eo melius in Domino, ipsius gratia aspirante, conseruari posse omnes Professos, Coadiutores, atque Scholasticos, quo magis liberi fuerint ab huiusmodi impedimentis, ac veluti unius coloris & similitudinis omnes. Nullus etiam admittitur cum duobus ultimis impedimentis. Nam quartum esset cum detrimento proximorum, si uxoris, vel domini consensu non obtineretur, aliaque circumstantiae, prout ratio iuris exigit, obseruarentur. Quintum etiam in damnum esset non mediocre ipsius Societatis.

Si aliquod ex his impedimentis in quoquam detegeretur, non est quod ulterius in interrogationibus procedatur; sed qui Examinatoris officio fungitur, quoadeus fieri poterit, eundem consolando dimittat; si nullum esset tale, ulterius examinetur sequenti modo. **E**

DE QVI.



CVM DECL. C. III.

12

de quo illi, qui vt indifferentes admittuntur. Et primò quidem attingitur, quod ad personas pertinet, deinde quod illis est obseruandum.

DE QVIBVSDAM IN-

terrogationibus ad eos, qui ingredi volunt, magis cognoscendos.

Cap. III.

1 **A**D maiorem personarū notitiam aliqua sunt interroganda, quibus\* verè omnino, & sincerè respōdere oportet: & siquid erit, quod secretum requirat, id obseruabitur, vt par erit, & interrogato placuerit. Incipiendo itaque à nomine, interrogetur primū, Quo nomine vocetur, Quot annos natus sit, Quæ sit eius patria.

2 An sit ex legitimo matrimonio, nec ne: quod si ex illegitimo, quo pacto id sit, interrogetur; Num à progenitoribus iam olim Christianis, an à modernis descendat.

An aliquis ex eius progenitoribus notatus fuerit, vel declaratus ob aliquem errorem contra nostram

Christianam

In Cap. III.

**A** **O**BLIGATIO vera dicēdi in examine ad peccatum esse debet, & quidem eidem, cui, quod celatum est, aperendum erat, vel qui eius locū teneat, reseruat; vt fraus euitetur, quæ locum habere posset, si quis sincerè suo Superiori animum suum non declararet: vnde incommoda, & quidem in tota Societatis non mediocriter detrimentū possent oriri.



Christianam Religionē, & quo modo id sit.

An patrem habeat, & matrem; & quæ sint eorum

**B ¶** Si præsens, et extrema necessitas auxiliij eorum vrgeret; constat, huiusmodi admitti nõ debere.

Rarò tamen huiusmodi necessitas solet accidere.

**C ¶** Si spondisset per verba de præsentis matrimonij consummãdo, vel modo aliquo pari: duceretur is quartum habere impedimentum, cum quo nemo in Societatẽ admitti potest; nisi adsint cõditiones illæ, quæ exiguntur, vt coniugatus religionem ingredi possit.

nomina: Quæ conditio, & officium, & modus viuendi sit illis: & an rerum temporalium \* penuria prematur, an illarum commoditate potiantur, & quo pacto id habeat.

Si quo tempore in difficultatem, vel dubium aliquod incidere circa æs alienum, vel quòd teneatur subuenire parentibus, vel consanguineis in spirituali, vel corporali, vel quauis alia temporali necessitate constitutis, eos inuisendo, vel alia ratione, num proprio sensu ac iudicio depositò, conscientia, vel iudicio Societatis, vel sui Superioris id velit relinquere, vt cum statuerit illud quod in Domino iustum esse senserit, ei acquiescat.

Quot fratres & sorores habeat, & quis eorum sit status, num matrimonij, an alius; Quod officium, aut viuendi modum habeant.

Num aliquãdo \* verba ediderit, quæ ad matrimonium illud obligare videantur, & quo pacto id sit.

An



An habuerit, vel habeat filium aliquem.

- 6 Num habeat æs alienum, aut ciuiles obligationes: quod si habeat, quantæ & quales eæ sint.
- 7 Num didicerit artem aliquam mechanicam.  
Num legere, & scribere sciat: & si scit, probetur quo modo vtrumque faciat, si aliunde non sciretur.
- 8 Num habuerit, vel habeat morbum aliquem occultum, vel manifestũ, & qualẽ; eum speciatim interrogando, num vexationem aliquam stomachi, vel capitis, vel quoduis aliud impedimentum naturale, seu defectum in aliqua sui parte patiat, & hoc non solum interrogetur, sed, quoad fieri potest, inspiciatur.
- 9 Num aliquos ordines Ecclesiasticos susceperit.  
Num aliquam obligationem voti habeat, quale est peregrinationis, vel aliud quodcunq;.
- 10 Quem modum, vel animi propensionẽ habuerit in tenera ætate, & postea hucusque ad res suæ cõscientiæ salutiferas, primũ circa orationem, quoties orare solebat interdium & noctu, quibus horis, qua corporis compositione, quibus orationibus, & cum qua deuotione vel sensu spirituali.  
Quo modo se habuerit circa audiendas missas, & alia diuina officia, & conciones: Quo modo circa lectiõnem rerum piarum, & bonorum virorum familiaritatem: Quo modo circa meditationem, vel considerationem rerum spiritualium.
- 11 Interrogetur, an habuerit, vel habeat conceptus aliquos vel opiniones ab ijs differentes, quæ communis

munis



**D** § *Personarum huiusmodi electio; quibus se iudicandum relinquere debet is, qui in huiusmodi difficultatibus versatur; penes Superiorem erit, si subdito ea placuerit, vel penes subditum, si Superior eam approbauerit; cui si in casu aliquo, & propter causam aliquam iustam videretur ad Dei obsequium fore, maiusq; auxiliū illius, qui huiusmodi difficultatibus laborat, vt aliquis, vel etiam plures eorum, qui iudicaturi sunt de eis, extra Societatem assumantur; permitti poterit; electione tamen, vel saltem approbatione eorum penes Superiorem (vt dictum est) manente.*

*Si difficultates huiusmodi ad personam ipsius Superioris pertinerent; electio, vel approbatio, de qua diximus, penes Consultores erit. Qui tamen Praeposito Generali vel Prouinciali inferior esset, sine alicuius eorum facultate, licet Rector sit Collegij, vel alicuius Domus Praepositus, nec constituere poterit, nec permittere, vt huiusmodi difficultates ad suam personam pertinentes arbitrio aliorum extra Societatem subijciantur.*

Societate



Societate, qui doctrina & probitate sint præditi, sententijs.

13 An omnino decreuerit sæculum relinquere, & consilia Domini nostri IESV CHRISTI sequi.

Quam dudum decreuerit, in genere scilicet, mundo renunciare. Postquam id apud se statuit, an in ea animi sententia remissior factus fuerit, & quatenus. A quo tempore desideria hæc renunciandi sæculo, & cõsilia Christi Domini nostri sequendi suboriri ei coeperint, vel quibus signis, aut causis ad id mouentibus ei in mentem venerint.

14 Num deliberatum habeat animi propositum uiuendi & moriendi in Domino cum hac, & in hac Societate IESV Creatoris & Domini nostri; & à quò tempore, vbi, & per quem primum ad id motus fuerit.

Si negaret se à quoquam de Societate motum fuisse, progrediendum erit vltterius: si affirmaret se fuisse motum (quamuis licitè, & cum merito moueri potuisset) ad maiorem tamen ipsius vtilitatẽ spiritua-lem fore videtur, si tempus ei aliquod præscribatur, vt ea de re cogitando Creatori & Domino suo se totum commendet; perinde ac si nullus de Societate ipsum mouisset, vt maiori cum robore spiritus procedere ad maius obsequium & gloriam diuinæ Maiestatis possit.

15 Si post huiusmodi considerationem sèserit ac iudicauerit sibi ualde conuenire Societatis ingressum ad maiorem laudem & gloriam Dei, & vt melius

B saluti



saluti, & perfectioni tum animæ suæ, tum proximorum suorum incumbat; & postulauerit in eandem nobiscum in domino admitti, tunc ulterius in examine procedi poterit.

### DE REBUS QVIBVSDAM

quas præcipue scire eos conuenit, qui in Societatem admittuntur, ex ijs, quas in ipsa obseruare debent.

#### Cap. IIII.

**P**ROPONATUR illis, quòd hæc mens fuerit eorum, qui primi in hanc Societatem conuenerunt, ut in ea ij admitterentur, qui sæculo renūciassent, & Dei seruitio se omnino mancipare siue in hac, siue in alia Religione statuissent. Quocirca quicumque Societatem ingredi uolent, antequàm in domo aliqua, uel collegio eius uiuere sub obedientia incipiant, debent omnia bona temporalia, quæ habuerint, distribuere, & renunciare ac disponere de ijs, quæ ipsis obuenire possent: Eaque distributio primùm in res debitas, & obligatorias, siquæ fuerint (& tunc, quàm citissime fieri potest, prouidere oportebit) Si verò tales nullæ fuerint, in pia & sancta opera fiet, iuxta illud; Disperdit, dedit pauperibus; Et illud Christi; Si uis perfectus esse, uade, & uende omnia, quæ habes, & da pauperibus, & sequere me: Dispensando tamen hæc bona iuxta propriam deuotionem, & à se omnem fiduciam sub mouendo



mouendo eadem vlllo tempore recuperandi.

2 Quòd si statim propter aliquas honestas causas bona non relinquet, promittat se promptè relicturū omnia (vt dictum est) post vnum ab ingressu absolutum annum, quandocunq; per Superiorem iniunctum ei fuerit in reliquo temporis probationis, quo completo, ante professionem Professi, & ante tria uota publica Coadiutores re ipsa relinquere, ac pauperibus (vt dictū est) dispensare debent, ut consilium Euangelicum, quod nō dicit; Da consanguineis, sed, pauperibus, perfectius sequantur; & ut melius exemplum omnibus exhibeant inordinatū erga parentes affectum exuendi, & incommoda inordinatæ distributionis, quæ à dicto amore procedit, declinandi; atque ut ad parentes, & consanguineos recurrēdi, & ad inutilem ipsorum memoriam aditu præcluso, firmiter & stabilius in sua uocatione perseuerent.

3 Si tamen dubitaretur, num maioris foret perfectionis dare uel renunciare consanguineis huiusmodi bona, quàm alijs, propter parem, uel maiorem ipsorum penuriam, & iustas alias ob causas; nihilominus ad declinandum errandi in huiusmodi iudicio periculū, quod ab affectu sanguinis solet proficisci, contenti esse debebunt

A negotium hoc arbitrio \* unius, duorum, aut triū, qui uita & doctrina cōmendentur, quos unusquisque

*In Cap. IIII.*

A ¶ *Intelligendum est, intra Societatem; nisi Superiori iussu*  
B ij *stas*



stas ob causas vi-  
derentur horū ali-  
qui extra Socie-  
tatem assumi de-  
bere.

quisque cum Superioris appro-  
batione elegerit, relinquere, &  
in eo cōquiescere, quod illi perfe-  
ctius & ad maiore Christī Domi-  
ni nostri gloriam esse censebunt.

Interrogetur itaque, num pla-  
ceat ei statim (sicuti dictum est) bona sua distribuere;  
uel certe, num paratus sit ad huiusmodi distributio-  
nem, quādocunque exacto primo anno per Superio-  
rem ei fuerit iniunctum.

Admoneantur, quòd post ingressum in Domum  
nemo pecuniam apud se, nec apud amicum aliquem  
externum in eodem loco habitantem habere potest;  
quin potius eam in pia opera dispēset, uel asservan-  
dam ei tradat, cui cura huiusmodi domi commissa  
est; Qui quidē, quidquid unusquisque feret, scri-

**B** ¶ Si accideret,  
hunc à Societate  
dimitti, et Socie-  
tati quid dedisset;  
ei restitui debet,  
iuxta declaratio-  
nem tertij capitis  
secundæ Partis.

bendū curabit; ut id sciri possit,  
\* si quando scitu opus fuerit.

Interrogentur itaque, num ali-  
quam habeāt pecuniā, & an eam  
dispensare ( ut dictum est ) sint  
contenti.

Admoneantur itidem, si ec-  
clesiastici sint, quòd postquam in  
Societatis corpus ut Professi, uel  
Coadiutores cooptrati fuerint, nulla ecclesiastica be-  
neficia possunt retinere: & quòd tempore probatio-  
nis post primū annum absolutum (ut superius dixi-  
mus.)



mus) quodcumque Superiori uisum fuerit, ea relinquere debent iuxta suam deuotionem, uel ei, qui contulit, resignando, uel ad pia opera applicando, uel alioqui dignis uiris, quibus hæc instrumēta sine ad Dei obsequium, conferri curando. Quod si consanguineis conferenda esse uiderentur, id nō facient, nisi ab uno, duobus, aut tribus (ut superius dictū est) iudicetur, quod id magis conueniat, & ad maius Dei obsequium sit futurum.

6 Cū autem communicatio, quæ cum amicis, & sanguine iunctis uerbo, aut scripto fit, potius ad quietis perturbationem, quàm ad eorum, qui spiritui vacant, profectum, præsertim in initijs, facere soleat; Interrogentur, num contenti sint cū huiusmodi non communicare, nec litteras accipere, nec scribere; nisi aliqua occasione Superiori aliter uideretur: Et quādiu Domi fuerint, num contenti sint, ut uideantur litteræ omnes & quæ ipsis scribentur, & quas ipsi alijs scribent: ei, cui huiusmodi munus commissum est, cura relicta, ut eas det, uel non det, quemadmodum in Domino nostro magis expedire iudicabit.

7 Unusquisque eorum, qui Societatem ingrediuntur, consiliū illud Christi sequendo; Qui dimiserit patrem, & cet. existimet sibi patrem, matrem, fratres, et sorores, & quidquid in mundo habebat, relinquendum: immo sibi dictum existimet uerbum illud, Qui non odit patrem, & matrem, insuper & animam suam, non potest meus esse discipulus.

B iij Et ita



**C** § *Vt loquendi modus sentiendi modum iuuet; sanctū est consiliū vt assuescant non dicere, quòd parentes vel fratres habeāt, sed quòd habebant, & cet. præferendo se id non habere, quòd vt Christū, omnium rerum loco habeant, reliquerūt. Hoc tñ illis magis est obseruandum, qui maiori in periculo versari videntur, ut ab aliquo naturali amore perturbentur; cuiusmodi vt plurimum Nouitij esse solent.*

uicē sint parati debito cū amore & charitate ad maiorem spiritus profectum; præsertim ubi à Superiore, qui illorum curam gerit, fuerit ita præscriptum, aut interrogatum, ad maiorem Dei gloriam.

Et ita curandū ei est, vt \*omnē **C** carnis affectū erga sanguine iunctos exuat, ac illū in spiritualem cōuertat: eosque diligat eo solū amore, quem ordinata charitas exigit, ut qui mundo ac proprio amori mortuus, Christo Domino nostro soli uiuit, eumque loco parentum, fratrum, & rerum omnium habet.

Ad maiorem in spiritu profectū, **8** & præcipuè ad maiorem submissionem & humilitatem propriā interrogetur, an contentus sit futurus, ut omnes errores, & defectus ipsius, & res quæcunque, quæ notatæ in eo & obseruatæ fuerint, Superioribus per quemuis, qui extra confessionem ea acceperit, manifestentur.

Num etiam boni sit consulturus (quod & ipse, & quiuis alius facere debet) ab alijs corrigi, & ad aliorum correctionē iuuare; Ac num manifestare sese in-

9 Præterea



- 9 Præterea antequàm quisquã in Domum, uel Collegium ingrediatur; uel postquàm ingressus fuerit; sex experimenta præcipua, præter alia multa, de quibus ex parte inferius dicetur, requiruntur. Poterunt ea tamen anteponi, & postponi, & moderari, & aliquo in casu auctoritate Superioris, habita ratione personarum, temporum, & locorum, tum ceterorum, quæ occurrerint, in alia permutari.
- 10 Primum est, in spiritualibus exercitijs mensimum plus minus uersari, id est, tum in examinanda conscientia, & antea acta uita recogitanda, & confessione generali facienda, ac peccatorum suorum meditatione: tum in contemplatione rerum ac mysteriorum Vitæ, Mortis, Resurrectionis, & Ascensionis Christi Domini nostri; tum etiam in oratione uocali & mentali iuxta cuiusque captum, prout in Domino edocti fuerint, se exercere.
- 11 Secundum est, seruire in vno, uel pluribus Xenodochijs per mensem alium, ibidem cibum capiendo, & dormiendo: uel per aliquã, uel plures horas quotidie pro temporum, locorum, & personarum ratione auxilium & ministerium omnibus ægris, & sanis prout iniunctum eis fuerit, impendendo: ut magis se demittant, & humiliet, ac eo ueluti argumento demonstrant se prorsus ab hoc sæculo eiusq; pompis ac uanitate recedere: ut omnino suo Creatori & Domino pro ipsorum salute crucifixo seruiant.
- 12 Tertium est, peregrinari mensem alium sine pecunia: immo suis temporibus ostiatim pro Christi

B iiij amore



amore mendicare; vt possint ad incommoditatem comedendi, & dormiendi assuescieri: atque adeo vt omni spe illa abiecta, quam in pecunijs, & rebus alijs creatis possent constituere, integrè vera cum fide et ardenti amore eam in suo Creatore & Domino constituent. Vel utrunque mensẽ ministerio Hospitalium, vel alicuius eorum, aut etiam utrunque peregrinationi, prout Superiori visum fuerit, impendent.

Quartum est, post ingressum in Domum omnium diligentia & solitudine in varijs officijs abiectis & humilibus se exercere, bonum sui exemplum in omnibus exhibendo.

Quintum est, doctrinam Christianam, uel aliquã eius partem pueros, & alios rudiores homines publicè, vel priuatim, & prout occasio se obtulerit, & in domino commodius visum fuerit, & iuxta personarum proportionem docere.

Sextum est, postquã in probationibus bonæ ædificationis specimen præbuerint, vltèrius ad prædicandum vel confessiones audiendas, vel in vtroque se exercendum pro tempore, & loco, & omnium dispositione progredi.

Antequam ingrediantur in secũdum annum probationis, quæ fit in Domibus, vel Collegijs, per sex menses omnes vacare huiusmodi sex experimentis debent, & totidem alios diuersis alijs probationibus impendent. Poterunt tamen illa sex experimenta fieri vel in totum, vel ex parte toto probationis tempore,



tempore, vt aliquando hæc, aliquando illa præcedât,  
 & à Scholasticis quidem vel studiorum tempore,  
 vel post studia absoluta, habita personarum, loco-  
 rum, & temporum ratione; prout in Domino con-  
 uenire videbitur. Illud tamen omnino obseruabi-  
 tur; vt antequàm Professi futuri professionem, &  
 Coadiutores formati tria vota sua publica, licet non  
 solemnia, emittant, duo anni experimentorum, &  
 probationum expleantur: & Scholasticis, studijs ab-  
 solutis, præter tempus, quo probantur, vt Schola-  
 stici approbati censeantur, tertius alius annus, ante  
 quàm ad professionē, vel in Coadiutores formatos  
 admittantur, in varijs probationibus, & speciatim  
 in dictis (si prius illis perfuncti non sunt) immo  
 quamuis perfuncti fuerint, in nonnullis earum, ad  
 maiorem Dei gloriam, exigetur.

17 Quamdiu huiusmodi experimenta & probatio-  
 nes fiunt; nullus dicat ex Societate se esse, sed potius  
 qui examinatus fuerit ad Professionē, ex parte ipsi-  
 us Societatis (quamuis ex parte sua cum indifferen-  
 tia ad omnes gradus sit ingressus) cum loquendi oc-  
 casio se obtulerit, dicere debet se in experimentis  
 versari, atque optare se admitti in Societatem, quo-  
 cunque in gradu ipsa Societas ad gloriam Dei eo vti  
 volet. Si vt Coadiutor examinatus fuerit, dicet se in  
 probationibus adhuc esse, atque optare in gradum  
 Coadiutorū recipi. Simili modo de Scholasticis, &  
 de alijs qui vt indifferentes examinati sunt, intelliga-  
 tur: ut quisq; iuxta sui examinis rationē respōdeat.



Circa huiusmodi experimenta diligenter, quod 18  
sequitur, est obseruandum, scilicet; Vt, vbi aliquis in  
primo experimento, nempe exercitiorum spirituali-  
um, versabitur, is, qui illum exercet, ad Superio-  
rem referat, quid de eodem sentiat ad finem Socie-  
tati præfixum.

Cùm in secundo, seruiendi in Hospitalibus, affe- 19  
rat qui probatur, Gubernatoris testimonium, vel  
Præfecti eorum, qui inseruiunt Hospitali, de boni  
nominis odore, quem in eo reliquerit.

Cùm in tertio, peregrinationis, ab vltimo loco, 20  
ad quem peruenit, vel non procul ab eo testimoni-  
um ab aliquibus, vel vno certè fide digno secum fe-  
rat, quòd suam deuotionem sequutus, sine vlla cu-  
iusquam querela eò peruenit.

Cùm in quarto, exercendi se in officijs domesticis 21  
humilitatis, pro testimonio erit data omnibus, qui  
Domi sunt, ædificatio.

Vbi vero in quinto, de doctrina Christiana, & sex- 22  
to, de prædicatione, & confessionibus audiendis,  
vel de vtroque munere obeundo versabitur; eius te-  
stimonium erit ( si quidẽ Domi nostræ habitauerit )  
à domesticis accipiendum, & ex ædificatione, quam  
populus, vbi Domus est, acceperit. Si prædicare, &  
confessiones audire acciderit alijs in locis extra hu-  
iusmodi populum, ac Domum; testimonium afferre  
debet ab huiusmodi locis, vbi diutius versatus fue-  
rit; vel à personis publicis ( præcipuam habendo ra-  
tionem Prælatorum ordinariorum ) quæ fidem planè  
faciant.



faciant, quòd cum doctrina sana, ac bonæ vitæ exemplo, sine cuiusquam offensione, verbum diuinum seminavit, & officio Confessarij functus est.

- 23 Præter hæc testimonia, poterit Societas, quando id expedire videretur, curare, vt aliunde certior fiat; vt ipsa sibi magis, ad Dei & Domini nostri gloriam satisfaciat.
- 24 Si huiusmodi testimonia in prædictis experimentis non afferrentur, diligenter causa inquirenda erit, curandumque, vt rei totius veritas intelligatur; quòd melius omnia, quæ conuenient, prouideri possint; vt melius bonitati diuinæ, ipsius gratia aspirante, inseruiatur.
- 25 Præterea postquam domi fuerit, egredi eam sine facultate non debet: & si laycus fuerit, confiteatur oportet, & sanctissimum Sacramentum Eucharistiæ sumat octauo quoque die; nisi Confessario aliquod esse impedimentum ad communionem videretur. Si sacerdos est, confitebitur vt minimùm octauo quoque die, & crebrius missæ sacrificium offeret: simul ordinationes, vel Constitutiones alias Domus (vt in eius Regulis edoctus erit) obseruabit. Omnes, qui domi sunt, in addiscenda doctrina Christiana se exercebunt, & etiam in prædicatione illi, quibus Superior Domus id faciendū iudicabit; inter quos nullus erit eorum, qui in Coadiutores temporales admissi sint.
- 26 Sui victus, potus, uestitus, & lecti rationem, si Societatem sequi uelit, cogitet fore ut pauperibus accom-

accom-



accommodatam, quodq; quæ uilissima erunt ex ijs, quæ domi sunt, ei tribuentur, propter ipsius maiorem abnegationem, & spiritualem profectum; & ut ad quandam æqualitatem & ueluti mensuram ab omnibus perueniatur. Cùm enim qui primi in Societatem conuenerunt, per huiusmodi indigentiam, ac penuriam maiorem rerum corpori necessariarum probati fuerint, qui post eos accedent, curare debet, ut quoad poterunt, eò pertingant, quò illi perueniunt; uel ulterius etiam in Domino progrediantur.

Ad hæc, præter reliquas peregrinationes, & probationes sic declaratas, antequàm Professi suam professionem, & Coadiutores sua uota emittant, & (si Superiori uidebitur) Scholastici, antequàm approbati censeantur, & uota sua, ac promissionem superius dictam faciant, per triduum suis constitutis temporibus, uestigia sequendo primorū, de quibus mentionem fecimus, ostiatim pro Christi Domini nostri amore mendicare debent, ut contra quàm est communis hominum sensus, ad diuinum obsequium & laudem magis se possint submittere, magisque in spiritu proficere ad gloriam diuinæ maiestatis: ut etiam magis sint dispositi ad id ipsum faciendum: quando illis iniunctum fuerit, uel conueniens aut necessariū erit, dum per uarias mundi partes iuxta quod eis præscriptum uel cōstitutum per Summum Christi Vicarium, uel eius loco per Superiorem Societatis fuerit, discurrant: quandoquidē exigit nostræ professionis ratio, ut parati & in precinctu simus



mus ad ea omnia, quæ quouis tempore in Domino nobis iniuncta fuerint, nec petendo, nec expectando præmium ullum in præfenti hac & labili uita, sed eam, quæ undecunque æterna est, ex summa Dei misericordia semper sperando.

28 Et ad particularia quædam descendendo, in probationibus humilitatis, & abnegationis sui, & in exercendis officijs abiectis & humilibus (cuiusmodi sunt, in culina seruire, domum euerrere, & reliqua omnia seruitia obire) promptius ea suscipi conuenit, à quibus sensus magis abhorrebit: si quidem iniunctum fuerit, ut in eis se exercent.

29 Cum aliquis ad ministeria culinæ obeunda ingreditur, uel ad eum iuuandum, qui Coquus est, eidem obedire cum magna humilitate in rebus omnibus ad ipsius officium pertinentibus debet. Si enim ei integram obedientiam non præstet, nec ulli ex Superioribus, ut uidetur, præstaret; quandoquidem uera obedientia non considerat personam, cui fiat, sed propter quem fiat: & si propter solum Creatorem & Dominum nostrum fiat, eidem omnium Domino obeditur. Vnde nulla ratione considerandum est, an sit Coquus, uel Superior Domus: an hic, uel ille sit, qui iubet; quandoquidem nec illis, nec propter illos (sanè intelligendo) ulla obedientia præstatur, sed soli Deo, & propter solum Deum Creatorem ac Dominum nostrum.

D Ideo melius est, ut Coquus \*nō D § Vtrunque  
30 roget sibi inseruientem, ut hoc, bonum est, roga-  
aut re,



*re, & iubere: nihilominus in ini-  
tijs magis profici-  
et aliquis, si iube-  
tur, quàm, si ro-  
garetur.*

aut illud faciat, sed cum mode-  
stia iubeat uel dicat, hoc fac, uel  
illud; Si enim rogat, potius ut  
homo hominem alloqui uidebi-  
tur: & Coquum laycum rogare  
Sacerdotem, ut ollas abstergat,  
uel res huiusmodi faciat, nec de-

cens, nec iustum uideretur; Sed si iubeat, uel dicat,  
fac hoc, uel illud, significabit magis quòd ut Chri-  
stus homini loquitur, quandoquidē ipsius loco iu-  
bet: atque ita qui obedit, considerare ac perpendere  
uocē à Coquo, uel alio, qui sit ei Superior, egressam  
debet, ut si à Christo Domino nostro egrederetur, ut  
omnino placere diuinæ Maieitati possit.

Hoc ipsum in alijs humilibus officijs intelligatur, 31  
quando aliquis in eis ministerium suum impendit:

*E ¶ Cuiusmodi  
esse solent Mini-  
ster & Submini-  
ster, uel alij, qui  
in Collegijs simi-  
milia munera ge-  
runt.*

atque eodem modo accipiatur in  
\* officialibus subordinatis, qui E  
accepta à Superiori auctoritate  
Domum gubernant.

Ægritudinis tempore non 32  
solùm obseruare vnusquisq; obe-  
dientiam magna cum puritate de-  
bet erga Superiores spirituales,  
ut ipsius animam regant: sed  
cum eadem humilitate erga Medicos corporales,  
& infirmorum præfectos, ut corpus eius regant;  
quandoquidem illi plenam ipsius sanitatem spiritu-  
alem, hi uerò corporalem omnino curant. Præterea

qui



qui ægrotat, humilitatem & patientiam suam præferendo non minorē ædificationem, dum morbo laborat, ijs, qui ipsum inuisent, & cum eo uersa buntur & agent, quàm dum ualebat corpore, ad maiorem Dei gloriam, præstare curet.

33 Ad maiorem firmitatem omnium, quæ sic narra- ta sunt, & ad maiorem spiritualem profectum eius, qui examinatur; interrogetur, an omnino obedien- tem se exhibere in omnibus, quæ hic dicta & decla- rata sunt, uelit, subeundo & adimplendo quasuis pœnitentias; quæ propter defectus, & negligentiam suam, uel quiduis aliud fuerint iniunctæ.

34 Re in Domino considerata, uisum nobis est in diuinæ Maiestatis conspectu mirum in modum cõ- ferre, ut Superioribus subditi omnino perspecti sint: quò melius regi & gubernari, et per eos in uiam Domini dirigi possint.

35 Præterea quanto exactius Superiores res omnes internas, & externas suorum nouerint; tanto ma- iori cum diligentia, amore, & sollicitudine iuuare eos, ipsorumque animas à uarijs malis & pericu- lis, quæ in progressu possent accidere, conseruare poterunt. Cùm etiam semper parati esse iuxta no- stræ professionis rationem, & procedēdi modum ad discurrendum per has & illas mundi partes debeat- mus; quandocumq; per summū Pontificem, uel Su- periorem nostrum immediatum fuerit nobis iniun- ctum: Ut melius secundum Dei uoluntatem huius- modi missiones fiant, his & non illis mittendis, uel  
his



his ad hoc munus, illis uerò ad alia, non solum refert ualde, sed summopere, ut Superior plenam habeat notitiam propensionum ac motionum animi, & ad quos defectus uel peccata fuerint uel sint magis propensi & incitati, qui sub eius cura sunt; ut eius rei habita ratione, melius ipsos dirigere possit; nec supra mēsuram uirium suarū in periculis uel laboribus grauioribus, quā in Domino ferre suauiter possint, constituat; & etiam ut quæ audit, sub secreti sigillo custodiendo, melius Superior possit ordinare ac prouidere, quæ corpori uniuerso Societatis cōueniunt.

Ideo quicumque hanc Societatem in Domino se- 36  
qui uolet, & in eadem ad maiorem Dei gloriam manere, priusquā ad primam probationē accedat, uel postquā ingressus fuerit, antequā generaliter examinetur, uel post examē, intra aliquot menses (si Superiori differendū uideretur) sub sigillo confessionis, uel secreti, uel quacunq; ratione ei placuerit, & ad maiorē ipsius consolationem fuerit, debeat conscientiam suam magna cum humilitate, puritate, & charitate manifestare, re nulla, qua dominum uniuersorum offenderit, celata: & totius anteaetæ uitæ rationem integram, uel certè rerum maioris momenti Superiori, qui tum fuerit, Societatis; uel cui ex Præpositis, uel alijs ex inferioribus ille iniungeret, prout magis conuenire uideretur, reddat; ut melius omnibus in Dño prospiciatur, ipseque magis in spiritu cum gratia uberiori ad maiorem diuinæ bonitatis



nitatis gloriam proficiat.

37 Sic igitur progredientes in gratiæ atque spiritus incremento, plenoque cum desiderio ingrediendi, & perseverandi, quamdiu uixerint, in hac Societate, tantundem facient aliquoties antequam ad professionem qui Professi, & ad sua uota qui Coadiutores formati sunt futuri, admittantur; & id, quo sequitur, modo.

38 Postquam primò aliquis eorum integram uitæ rationem Superiori Domus reddidit, ab eodem die inchoando, prioribus, quæ eidem dixit, non repetitis, iterum post semestre proximum plus minus ei, uel cui à Superiore fuerit constitutum, uitæ rationem reddet. Deinde à secunda hac ratione incipiendo, eodem ordine procedetur; & sexto quoque mense rationem hanc sui quisque reddet. Ultima uero circiter triginta dies antequam Professi futuri suam professionem, & Coadiutores sua uota emittant, reddetur.

39 Scholastici eodem modo procedent, præterquam quòd absolutis suis studijs cum primùm rationem uitæ suæ reddent, ab ultima, quam reddiderunt in Domo, unde ad studia missi sunt; uel ab initio uitæ, si aliqua de causa nunquam reddiderunt, incipient.

40 Sic etiam uidetur, quòd Coadiutores formati, & Professi, si alicubi agent, ubi Præpositi alicuius Societatis obedientiæ subiaceant, singulis annis, uel crebrius, si Præposito uidebitur, suæ conscientiæ rationem dicto modo ab ultima, quam reddiderunt, incipiendo, ei reddant.



Qui senserit ad omnia, quæ dicta sunt, animum, 41  
ac vires sibi à Domino dari, ac ad maiorem Dei glo-  
riam fore, suæque animæ magis salutiferum iudi-  
cat in corpus huius Societatis admitti, præter litte-  
rarum Apostolicarum, & Constitutionum, & reli-  
quorum, quæ ad eius institutum pertinent, ipso ini-  
tio, ac postea sexto quoque mense, ut dictum est,  
considerationem; debet generalem uitæ totius con-  
fessionem apud aliquem Sacerdotem à Superiore as-  
signatum propter multiplicem spiritus utilitatem,  
quæ ea in re deprehenditur, facere. Quòd si aliquãdo  
generaliter confessus fuerit alicui de Societate, vel in  
exercitijs spiritualibus, uel extra illa: satis erit ge-  
neralem confessionem ab alia etiam generali ad id  
usque tempus inchoari, & post eam sacratissimum  
Christi Domini nostri corpus sumere; & sic sexto  
quoque mense eodem modo generaliter, ab ultima  
inchoando, confitebitur. Demum continuū purita-  
tis ac uirtutum augmentū, & inflàmata in Domino  
desideria multum in hac Societate diuinæ Maiestati  
seruiēdi procurando; Exactis duobus annis proba-  
tionis, & se perpetuo obedientē exhibendo, & in sua  
conuersatione, & uarijs experimentis ædificationem  
præbendo, ac pœnitentias pro erratis, & negligē-  
tijs, & defectibus iniunctas magna cum humilitate  
subeundo, si & ipse, & Societas, vel Superior Do-  
mus contenti fuerint, in Societatis corpus admitti  
poterit, consideratis prius litteris Apostolicis & Cō-  
stitutionibus, & confessione generali peracta, vt  
superius



superius est dictum; quam ut melius instituat, sese-  
 que in sua prima deliberatione confirmet, per unius  
 hebdomadae spatium se colligendo, & aliqua spiri-  
 tualia exercitia ex iam factis, vel alijs, faciendo; po-  
 stremò suam oblationem, ac vota, siue solemnia sint  
 in Professis, siue simplicia in Coadiutoribus, &  
 Scholasticis, quemadmodum in Constitutionibus  
 declarabitur, ad maiorem Dei gloriam vberioremq;  
 fructum animæ suæ, emittat.

42 Admoneantur, quòd, votis huiusmodi emissis,  
 iuxta tenorem litterarum Apostolicarum, non pos-  
 sint ipsi ad alias Religiones sine facultate à Superio-  
 re Societatis concessa transire.

43 Quod si exacto probationis tempore, contentus  
 quidem ipse est, & exoptat sic ad professionem, uel  
 in Coadiutorem, vel in Scholasticum admitti; ve-  
 rùm dubitaret Societas de ipsius talento, vel mori-  
 bus; securius erit in aliũ annum, vel tempus, quod  
 videbitur, id prorogari: donec vtrique parti plenè  
 in domino sit satisfactum.

44 Præterea diligenter animaduertant oportet, qui  
 examinatur (magnificiendo, summiq; momenti id  
 esse ducendo in conspectu Creatoris ac Domini no-  
 stri) quantopere iuuet ac cõferat ad vitæ spiritualis  
 profectum, omnino, & non ex parte abhorre-  
 re ab omnibus, quæ mundus amat, & amplectitur; &  
 admittere, & concupiscere totis viribus quidquid  
 Christus Dominus noster amavit, & amplexus est.  
 Quemadmodum enim mundani homines, qui ea,

C ij quæ



quæ mundi sunt, sequuntur, diligunt, & quærunt magna cum diligentia, honores scilicet, famam, magni nominis existimationem in terra, sicut mundus eos edocet: sic qui procedunt in spiritu, & seriuo Christum Dñum nr̄um sequuntur, amant, & ardent exoptant quæ ijs omnino cōtraria sunt, indui nimirum eadem veste, ac insignibus Domini sui, proprius amore ac reuerentia; adeo, vt si sine offensione vlla diuinæ Maiestatis, & absq; proximi peccato foret; vellent contumelias, falsa testimonia, & iniurias pati, ac stulti haberi & existimari (nulla tamen ad id per eos data occasione) eo quod exoptant assimilari, ac imitari aliquo modo Creatorem ac Dominum nostrum IESVM CHRISTVM, eiusque vestibus & insignibus indui: quandoquidem illas ipse propter maiorem profectum nostrum spirituale induit, nobisque exemplum dedit, vt in omnibus, quoadeius fieri poterit, diuina gratia aspirante, eum imitari & sequi, cum vera sit via, quæ ducit homines ad vitam, velimus. Igitur interrogentur, an huiusmodi desideria tam salutaria, & ad perfectionem animarum suarum tam fructuosa in se sentiāt.

Quod si quis propter humanā nostrā debilitatem ac miseriam, in se huiusmodi tam inflammata in Domino desideria non sentiret; interrogetur an certe desiderium in se sentiat, huiusmodi desideria sentiendi. Si affirmando responderit, optare se nimirum huiusmodi tam sancta desideria animo concipere, quò melius ad eorum effectum perueniatur; interrogetur



rogetur, an decreuerit, paratusque sit huiusmodi iniurias, illusiones, & opprobria in Christi insignibus inclusa, & alia quæuis, quæ ei inferrentur siue per quemuis ex domo, vel Societate (in qua obedire, & humiliari, ac æternam beatitudinem consequi exoptat) siue extra eam per quemuis uiuentium, nulli malum pro malo, sed bonum pro malo reddendo, admittere, & patienter cū Dei gratia ferre.

46 Ut melius ad hunc perfectionis gradum in spirituali vita tam preciosum perueniatur, eius maius ac inpensius studium sit, quærere in Domino maiorem sui abnegationem, & continuam in rebus omnibus, quoad poterit, mortificationē. Nostrum autem erit in eisdem iuxta gratiam, quā Dominus nobis conferre ad suam maiorem laudem ac gloriam dignabitur, eum iuuare.

DE ALIO EXAMINE AD  
particularia aliquanto magis descendente,

quod eruditis, & Coadiutoribus spiritualibus, & Scholasticis conuenit. Cap. V.

I QVO melius intelligi, atque cognosci queant, quæ ad huiusmodi homines spectant: vnusquisque eorū interrogetur; Vbi studuerit; Qua in facultate; Quibus auctoribus ac doctrinæ deditus; Quantum temporis studijs impenderit; Quantumque suo iudicio profecerit; ac no-

C iij minatim



minatim, Quàm sit ei familiaris Latina lingua.

An ad gradus Artium liberalium, vel Theologiæ, 2  
vel Iuris Canonici, vel alterius cuiusvis facultatis  
sit promotus.

An existimet se memoria ad bene capiendum, & 3  
retinendum quod didicerit, esse præditum.

An sibi videatur pollere intellectu, qui citò, ac  
bene penetret ea, quibus studuerit.

An in se propensionem naturalem, aut volunta-  
riam ad studia sentiat.

An existimet studia sanitati sui corporis aliquid 4  
detrimenti attulisse.

An vires sibi corporales, & spirituales suppetere  
sentiat ad labores, qui in Societate requiruntur, fe-  
rendos, siue in studijs, quamdiu illis vacat, siue in  
vineâ Domini, cùm in ea laborandum est.

Si Sacerdos fuerit, An se in audiendis confessio- 5  
nibus, vel in prædicatione, vel alijs ministerijs ad  
proximum iuuandum exercuerit.

Cùm ad huiusmodi officium ac misterium diuini 6  
verbi seminandi, & spirituali proximorum auxilio  
attendendi litterarum bonarum sufficiens eruditio  
requiratur, & Scholasticos etiam aliquod sui profe-  
ctus in litteris, quibus studuerunt, specimen præ-  
bere oporteat, omnes examinentur. Quod fiet, si  
quisque lectionem vnâ in quauis facultate, cui  
operam dederit, prælegat: & postea exhortationem  
vnâ quisque (idque ante egressum à prima pro-  
batione) faciat; & postea in secundâ ingrediendo,

si ei



si ei fuerit iniunctum, vt inferius dicitur, hoc ipsum faciet.

- 7 Præterea intelligat ( si Sacerdos est, vel quando-  
cunque promotus ad sacerdotium fuerit) quòd confessiones nec domi, nec foris audire, nec vlla Sacramenta ministrare sine peculiari probatione, edificatione, & facultate sui Superioris per totum probationis tempus debet: Sed nec publicè missam dicere debet, donec coram aliquo, vel pluribus domesticis priuatim eam dicat, & admoneatur, vt in modo dicendi conueniat cum alijs de Societate, inter quos agit; & se ad ædificationem eorum, qui illam sunt audituri, componat.

#### AD MAIOREM HUMILITATEM

& perfectionem eruditorum, Coadiutorum spiritualium, & Scholasticorū.

**S**I de eo, qui in Societatem est ingressurus, dubitatur, an idoneus sit futurus, vt ad professionem, vel in Coadiutorem spiritualem, uel Scholasticum eius admittatur: cum id tanquàm certissimum statuatur, quòd multo melius & perfectius sit, vt ipse iudicari & regi se à Societate sinat; quandoquidem non minus, quàm ipse, quod exigitur, ut in ea maneat, Societas intelliget; ipsi uerò maiori humilitati, & perfectioni tribuetur; maioremque dilectionem, ac fiduciam in his, à quibus est gubernandus, ostendet; Interrogetur, an velit proprium sensum,

C iiij aciudi-



ac iudiciū Societati submittere, vel eius Superiori, ita, ut acquiescat eius sententiæ; siue inter eos illum constituat, qui in Societate professionem emittunt, & Christi Domini nostri Vicario obligantur; siue inter Coadiutores; siue inter Scholasticos Societatis, in studijs vltius progrediendo. Interrogetur vltius; si Superior vellet semper eundem solum vt Coadiutorem in rebus exterioribus Societatis curandis occupari, ac sic in suæ animæ salutem incumbere; An paratus sit in humilibus & infimis officijs se exercere, vitamque omnem in vtilitatem & auxilium eius exigere; sibi persuadendo, quòd dum ei inseruit, Creatori ac Domino suo (pro cuius amore, & debita reuerentia omnia facit) inseruit.

## DE ALIO EXAMINE AD SOLOS

Coadiutores accommodato.

### Cap. VI.

**A**D maiorem rei notitiam declaretur vnicuique ex huiusmodi Coadiutoribus latius, quod in initio attingebatur; Quòd scilicet in hanc Societatem Coadiutores spirituales, & temporales admittuntur: Spirituales quidem, qui Sacerdotes sunt, & litteris sufficienter ornati, vt in rebus spiritualibus Societate iuuent: Temporales verò ad sacros ordines non promoti cum litteris, vel sine illis, in rebus externis, quæ necessariae sunt, possunt iuuare.

Priorum magis proprium est, Societatem in audiendis



diendis confessionibus, in exhortationibus, in doctrina Christiana, & alijs litteris edocendis iuuare; His vero eadem gratiæ ad animarum auxilium comunicari possunt, quæ Professis ipsis solent.

3 Posteriorum magis est proprium ( licet possint in rebus maioribus pro talenti eis à Domino concessi ratione occupari ) vt in ministerijs oïbus inferioribus & humilioribus, quæ ipsis iniungentur, se exercent; persuasi quòd Societatem iuuando, quò melius illa saluti animarum vacare possit, eidem omniũ Domino seruient: quandoquidem propter diuinũ ipsius amorem ac reuerentiam id faciunt. Ideo pròpti esse cum omni humilitate, & charitate, quoad fieri poterit, debent ad officia, quæ eis credita fuerint, exactè obeunda. Quo fiet, ut non solùm mercedem suam integram habeant, sed participes sint omnium bonorum operum, quæ Deus per vniuersam Societatem ad obsequium et laudem suam operari dignabitur, & omnium indulgentiarum, & gratiarum, quæ Professis ad suarum animarum bonum à sede Apostolica concessæ fuerint.

4 Et nihilòminus eniti debent in colloquijs spiritualibus, ad maiorem vtilitatem spiritualem proximorum aliquid conferre, & quod nouerint, docere; & ad bene agendum, quoscunque poterunt ( quandoquidem vnicuiq; Deus proximi sui curam dedit ) excitare.

5 Siquis instructus & examinatus fuerit, ut sit futurus spiritualis Coadiutor, sic vacare debet rebus spiritualibus,



spiritualibus, quæ cum sua prima uocatione propriè sunt coniunctæ, ut in posterum directè, uel indirectè per se, uel alium innouare, aut mutationem aliquam à sua uocatione in aliam; scilicet à gradu Coadiutoris spiritualis ad Professi, uel Scholastici, uel Coadiutoris temporalis gradum, tētare nō debeat: sed cum omni humilitate, atque obedientia incedere ac progredi eadem uia, quæ ipsi ab eo, qui nescit mutationem, & in quem illa non cadit, ostensa est.

Eadem ratione si quis examinatus, & instructus **6** fuerit, ut sit futurus Coadiutor temporalis, sic se totum rebus, quæ cum sua prima uocatione propriè sunt coniunctæ, addicat; ut non curet ulla ratione à statu Coadiutoris tēporalis in statum spiritualis, uel Scholastici, aut Professi progredi; Nec etiam (si in suo eodem maneat) plus litterarum addiscere, quàm sciebat, cū est ingressus, curet: sed perseuerare magna cum humilitate debet in omnibus, Creatori ac Domino suo iuxta primam suam uocationem inseruiendo, ac sollicitè in abnegationis sui ipsius profectum, & verarum virtutum studium incumbendo.

Interrogētur huiusmodi, ut de re propria suæ uo- **7** cationis, An contenti, & quieti sint futuri in obsequio Creatoris & Domini sui in officijs ac ministerijs abiectis & humilibus ad auxilium Domus & Societatis pertinentibus, cuiuscunque rationis illa sint, parati ad vitam omnem in eis exigendā, sibi persuadendo quòd ea in re obsequium, & laudem præstant



stant suo Creatori & Domino,  
dum omnia propter diuinum ip-  
sius amorē & reuerentiā agunt.

Omnes Coadiutores tā spiri-  
tuales, quā temporales exacto  
biennio, quod experimentis &  
probationibus datur; & vno ad-  
huc anno, si Scholastici fuerint  
(vt prius est declaratum) si ve-  
lint in Societate manere, & ipsa,  
vel Superior eius contentus fue-  
rit, oblationem suam triū voto-  
rum facient (quæ publica, licet  
non solemnia sint iuxta litteras  
Apostolicas Iulij III.) Obedien-  
tiæ, Paupertatis, & Castitatis, vt  
initio diximus; Et exinde Coa-  
diutores formati vel spirituales,  
uel tēporales censendi sunt; ita,  
vt \* ex parte ipsorum ligati ad  
semper uiuendum & moriendū  
in Domino in hac Societate ad  
dininæ Maiestatis gloriam, ma-  
iusque meritum & stabilitatem  
propriam maneant. Nihilomi-  
nus Societas, vel eius Superior,

*iustissimis (vt in secunda parte Constitutionum videbitur)  
fieri debet.*

In Cap. V I.

**A** ¶ **E**x parte  
ipsorum  
conuenit eos liga-  
ri: quandoquidem  
eorum stabilitas  
queritur. Nec est  
iniustum (vt patet  
in litteris Aposto-  
licis) si Societas  
libertatem ad eos  
dimittēdos, quādo  
non faciunt quod  
debent, retineat;  
quādoquidem illi,  
si id accideret, so-  
luti manent: &  
alioqui facilius est  
aliquē ab eo, quod  
debet, deficere,  
quā Societate,  
vel eius Preposi-  
tum Generalem;  
quorum tantū erit  
posse dimittere;  
nec id sine causis

qui



qui commune bonum debet intueri, cum eorum opera ad maius Dei obsequium se non iuuari, sed contra potius accidere cerneret; eos dimittere, & à sua congregatione separare potest; & tunc illi omnino liberi, nulloque voto obstricti remanent.

In Cap. VII.

**A** ¶ **H**oc, & superius examina non solum ijs, qui tunc primùm ad studia mittuntur, verùm etiam illis, qui in eis progrediuntur, cum ad domos veniunt, vt aliò mittantur, proponitur.

fuerit; antequàm ad studia se conferant, vel dum in eisdem manebunt, ob suum maius meritum ac stabilitatem vota simplicia Paupertatis, Castitatis, & Obedientiæ, ac promissionem, quòd studijs absolutis in Societatem ingredientur, Deo ac Domino nostro facient. Sic autem intelligendus est huiusmodi ingressus, vt professionem vel vota Coadiutorum formatorum (si Societas eos admittere volet) emittant; & exinde Scholastici approbati Societatis censeantur.

DE \* ALIO EXAMINE' A

Scholasticis accommodo, ac in primis antequàm in Scholasticos admittantur.

Cap. VII.

**C**VM experimentis & probationibus prædictis absolutis,

Scholastici conuenire sibi iudicarent studendi gratia in Collegijs, vel Domibus Societatis, vt in eis in Domino sustententur, litteris operã dare: si Societas, vel eius Superior contëtus etiam

scan-



- feantur. Libera tamen manebit Societas, nec tenebitur ad eos admittendos ad professionem, nec in Coadiutores formatos, si studiorum tempore male se gererent, adeo, ut Superior Societatis existimaret Deo gratum non fore, si in eam admitterentur; & tunc ipsi etiam suis votis soluti erunt.
- 2 Si quando studiorum tempore, qui maiorem ad ea propensionem animi præ se tulerunt, quam ad aliud in Societate ministerium; ostenderent, ac certum indicium præberent, unde Societas, vel eius Superior in Domino sentiat eos idoneos non esse, ut in eruditos viros euadant, eo quòd ingenio, vel sanitate corporis destituantur, vel alijs defectibus laborent; interrogentur, An patienter se dimitti a Societate, dum ab omni voto ac promissione liberi maneant, sint laturi.
- 3 Qui ad studia litterarum idoneus inuenietur, interrogetur, An velit se duci finire circa ea, quibus studere debeat, ac studiorum modum & tempus, iuxta quod Societati, vel eius Præposito, aut Collegij, ubi daturus est litteris operam, Superiori videbitur.
- 4 An contentus futurus sit eodem, atque alij, modo ibi agere, nullisque priuilegijs aut prærogatiuis minimum omnium, qui in Collegio fuerit, anteire; omnem sui curam Superiori Collegij relinquendo.
- 5 An statuerit omnino apud se, studijs absolutis, ac probationibus peractis, Societatem ad viuendum in ea, & moriendum, ingredi, ad maiorè Dei gloriã.
- 6 Sic



Sic examinatus, & instructus se accingere incipiet, 6  
 vt ad studia se conferat, vel ea prosequatur, paratus  
 interim in eisdem studijs, alijs experimentis & pro-  
 bationibus varijs exerceri, quibus si non fuerit pro-  
 pter causas aliquas legitimas, ac sine aliquo bono  
 præ oculis habito, antequam ad studia mittatur,  
 perfunctus; eis confectis, omnia experimenta &  
 probationes superius declaratas subibit.

PRO SCHOLASTICIS,  
 qui studia iam absoluerunt.

SCHOLASTICI studijs iam confectis, ante- 7  
 quam in Societatem, uel eius Domos ingredian-  
 tur, ut in eadem ad omnimodam Obedentiam, ac  
 communem uiuendi in Domino modū admittan-  
 tur, generatim interrogandi sunt, An firmi in sua  
 deliberatione, & uotis ac promissione Deo oblatis  
 antequam ad studia se conferent, vel in eisdem, si  
 quidem admissi primò fuerint in Collegijs, perma-  
 neant.

Interrogentur etiã, & examinentur particulatim 8  
 eisdẽ interrogationibus & examine, quo priusquam  
 ad studia mitterentur, interrogati fuerunt: ut Superi-  
 oribus memoria ac notitia eorū renouetur, ac me-  
 lius pleniusque stabilitas, & constantia, vel etiam  
 mutatio, si aliqua accidisset in rebus primò  
 interrogatis & affirmatis, cognoscatur.

DE ALIO



## DE ALIO EXAMINE

indifferentibus accommodo.

## Cap. VIII.

1 **A**D maiorem illius notitiam, qui ut indifferens examinandus est, ut omni ex parte, cum maiori cognitione & luce in Domino procedatur, instruendus idem erit, & admonendus, quòd nullo tempore nec ratione potest, nec debet\* prætere, nec tē-

**A**re nec ratione potest, nec debet\* prætere, nec tētare directè, nec indirectè potius hunc, quam illum gradum in Societate; nimirum non potius Professi, vel Coadiutoris spiritualis, quàm Coadiutoris temporalis, vel Scholastici: Quin potius perfectæ humilitati, ac Obedientiæ locum dando, omnem sui ipsius curam, & ad quod officium, uel gradum sit eligendus, suo Creatori & Domino, ac eius nomine, & pro ipsius amore ac reuerentia ipsimet Societati, vel eius Superiori debet relinquere.

2 Postquam sic fuerit admonitus; interrogetur, An se omnino sentiat indifferentem, quietum, & paratum ad inseruiendum Creatori ac Domino suo in quouis officio, uel ministerio, quod ei Societas, uel eius Superior cōmiserit. Interrogetur etiam, si Societas

*In Cap. VIII.*

**A** ¶ **C**um tamen aliquid constanter eis sese offerret, quod ad maiorem Dei gloriam fore iudicarent; post orationē simpliciter Superiori proponere poterunt, ipsius iudicio omnino remmittētes, nihil amplius procurādo.

si Societas



si Societas, uel eius Superior illum uellet vacantem quidem animæ suæ salutem ad officia tantum inferiora & humilia semper applicare, an se paratum sentiat ad vitam omnem in huiusmodi officijs inferioribus & humilioribus in auxilium ac ministerium Societatis exigendam; existimando, quod ea in re obsequium & laudem præstat Creatori suo ac Domino; dum omnia ob ipsius amorem & reuerentiam agit.

Cum omnino ei placuerint omnia in Domino, quæ dicta sunt: instrui poterit, & examinari de reliquis iuxta aliquod examen ex prædictis, vel omnia illa; prout magis cõuenire videbitur; ut utrique parti in omnibus satisfiat, ac maiori cum claritate procedatur. Quandoquidem omnia instituta & ordinata sunt ad maius obsequium, & laudem Dei & Domini nostri.

F I N I S.

L A V S D E O.



